BIBLIA LATINA, BD. 1
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

dei et parvipendebant sermones eius
illudebantque prophetis eciam donec as
cenderet furor domini in populum eius
et non esset ulla curacio. Adduxit enim
super eos regem chaldeorum et interfecit
iuvenes eorum gladio in domo sanc
tuarii. Non est misertus adolescen
tis et virginis et senis nec decrepiti qui
dem sed omnes tradidit manibus eius
universa quoque vasa domus domini tam ma
iora quam minora et thesauros tem
pli et regis et principum transtulit quoque
in babilonem. Incenderunt hostes do
mos domini destruxerunt murum ie
rusalem universas turres conbusserunt
et quidquid preciosum fuerat demoliti
sunt. Si quis evaserat gladium duc
ti sunt in babilonem servieruntque regi et fi
liis eius donec imperaret rex persarum et
compleretur sermo domini ex ore iere
mie prophete ut celebraret terra
sabbata sua cunctis enim diebus deso
lacionis egit sabbatum usque dum con
plerentur lxx anni. Anno autem primo
cyri regis persarum qui iussit predica
re universo regno suo eciam per scriptu
ram dicens. Hec dicit cyrus rex persa
rum. Omnia regna terre dedit michi
dominus deus celi et ipse precepit
michi ut edificarem ei domum in ie
rusalem que est in iudea. Quis ex vobis
est in populo eius. Sit dominus deus eius
cum eo et ascendat dominus deus omni
potens patrum nostrorum habraam ysa
ac et iacob et semini eorum iusto qui
fecisti celum et terram cum omni orna
tu eorum qui signasti mare verbo pre
cepti tui qui conclusisti abyssum et
signasti terribili et laudabili nomini
tuo quod omnes pavent et tremunt
a vultu virtutis tue et insustentabilis
ira super peccatores comminacionis tue in
mensa vero et investigabilis misericordia pro
missionis tue quoniam tu es dominus
altissimus super omnem terram longani
mis et multum misericors et penitens
super malicias hominum. Tu autem domine
secundum bonitatem tuam promisisti pe
nitenciam remissionis peccatorum et
tu domine iustorum non posuisti pe
nitenciam iustis abraham ysaac et
iacob hiis qui tibi non peccaverunt quoniam
peccavi super numerum arene maris et
multiplicate sunt iniquitates mee
incurvatus sum multo vinculo ferri
et non est respiracio michi excitavi
iracundiam tuam et malum coram
te feci statuens abhominaciones et mul
tiplicans offensiones. et nunc flecto
genua mea cordis mei precans ad te
bonitatem domine peccavi domine
peccavi et iniquitatem meam agno
sco peto rogans te domine remitte
michi remitte michi ne simul perdas
me cum iniquitatibus meis neque in e
ternum reserves mala michi quia
indignum salvabis me secundum magna
misericordiam tuam et laudabo te semper omni
bus diebus vite mee quoniam te laudat
omnis virtus celorum et tibi est gloria
in secula seculorum amen. Explicit
secundus liber paralipomenon. Incipit
prologus in Esdram.

Utrum
difficilius sit facere quod
poscitis an negare nec
dum statui nam neque
vobis aliquid imperantibus abnuere